Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31305
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

an ita infirmus · qd non possis ~ Inpietate ecce omni-
um fides remouet · omnis deuocio abhorret In
patencia quam allegabimus ~ Res igitur ille fuit ·
qui te in cruce affixo · terram commouit · petras scidit ·
monumenta patefecit · et mortuos suscitauit ·
uelum templi dilaniauit · soli radios abstulit ~
Non ne manus tua fecit hec omnia ~ Certe videns
fratres karissimi quod hec finalis recommendacio mūs dni sc̄e
ea que premissa sunt admiracione multiplici plena est
Que tamen congrua valde iudicabitur · si racio ipsius paulo
diligencius inspiciatur ~ Considerandum igitur porro ordi-
nem hoc est · cur de hoc mundo exiens dei filius ma-
trem illam post se reliquit · cur relicte tutorem depu-
tauerit · cur eundem tutorem qui seruus et procurator
virginis constitutus est · filium eiusdem virginis appellare di-
gnatus sit ~ Hoc tamen quod primo propositum est inspiciamus
Migraturus ex hoc mundo · mundi dominus · matrem illam
venerabilem in terra dereliquid · pie simul ac pulchre
ordinans · ut utraque ecclesie porcio et triumphans vi-
delicet et militans · visibili et invisibili solacio
frueretur per ipsum ~ Ascendens enim in celum sanctis angelis
et animabus suam diuinitatem simul et humanitatem
perpetuo contemplandam exhibuit · ut sic ingredian-
tur et egrediantur · et utrorumque pascua inueniant